



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Venatio Sacra. Sive Puer Amissus**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Elegia XXVIII. amoris venatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70011](#)

Mater ut ad longas spectet, quem perdidit, horas.  
 Id sol obsequium denuò ferre neget?  
 Non ego Naniades, faror; sed nescio, magno  
 Naniadæ si non sit mihi maior honos.

(a) Iosue filius Nan, siue Nauæ, ubi ad Gia-  
 baon pugnat contra Chananaos, iussit solem tantisper  
 stare, donec plane hostes fudisset.

## ELEGIA XXVIII.

### Amoris venatio.

1. Amor Puerum, seu hinnulum venatur.
2. Varios affectus, seu canes viaticos excitat.
3. B. Virgo queritur irritum laborem impendi.

**M**œsta sonant igitur taucis iam cornua campis:  
 Lù&ificis concors sylva remugit agris.  
 Spesque, Timorque, Pudorque, Audacia milita timori  
 Præcipitant volucrem, quæ vocat aura, fugam.  
 Haud potis æratas canis vila tenere catenas:  
 Abrumpit rapido vincula, morasque pede.  
 Nec minus æripedem rapido traho turbine cursum;  
 Ocyor orbândâ tigride cura ruit.  
 Nempe mihi vires, & viribus additus ardor;  
 Quem gelidis niuibus, nec mare vincat aquis.  
 Magnanimus comes asper enim labor vrget amorem;  
 Quo sine quisquis amat, nescit amore frui.  
 Excuriam nemus omne, cauæ genus omne latebræ,  
 Quæ tigris erumpit, vel leo toruus adit.  
 Ipse leo, si virgo iubes, nouns ibo Leoni.  
 Tülleris: immani tigridi tigris ero.  
 Nil fera parua lepus iuvat: ire per arma leonum  
 Est labor; is fortis pectora dignus honos.  
 Quippe prius vis nulla, metu sive absterret Amorem;  
 Ipse, vel unde eadam, suggerit arma timor.

Quamlibet

Quatlibet horrendâ flet caligine saltus :  
Saltus erit talis area nuda meis.  
Aurea quæ grauidâ de promota pharetrâ,  
Sol credo radijs induet illa suis.  
Lux ut aberrantem deprendat, & arguat hinnum :  
Seu caua saxa regunt, seu via cœca tenet.  
Spicula tum mittam diræ nil conscia noxæ ;  
Qui dabit hinc mucro vulnus, is addet opem.  
Adspicis bunc, rapido qui præuolat impete pernix ?  
Hinnum leum, rapidis quem timor urget equis.  
En, illum volucri desigo protinus istu :  
Nullus at innocuo vulnera sanguis ijtus.  
Sic & ego vario palantem calle puerum  
Urgebo iaculis ; nec dolor ullus edet.  
Sic ait ; atque sibi plumosas vellicat alas,  
Et iaculis pennas adiicit inde suis.  
Inde loci properans, vocat agmina conscientia yonu :  
Sæpè sui, & clamat : quæ licet, ite canes.  
Quæ licet, ite canes : quot Amor sub principe curâ  
Dux regit affectus ; crede tot ire canes.  
Quæ licet, ite canes : labor ultimus urget, anhelo  
Pectore præcipites, quæ licet, ite canes.  
Sed sit ut in campis, vario via didita flexu,  
Currite : currendo sa pè paratur Amor.  
Forsitan ad hoc nomen tam dulce, recurret aberrans.  
Hinnulus in gremium cerua beata tuum.  
Nunc & ager, teneris modò sæpè quodegerat annis.  
Hinnulus, ut ceruæ sit comes usque suæ.  
Sed nusquam lateri, latuus atterit ille parentis.  
Ah ! fugit, ac fugiens Parthica tela iacit.  
Siue graues stimulos sub pectore linquit amantis :  
Quales verua petens arua relinquit apis.  
Si quid enim dulci felix amor occupat vnu,  
Hoc perit, hinc læso gliscit amore dolor.

## ELEGIA